



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. An naturalia prædestinati bona effectusque prædestinationis
sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

Sed expedienda tamen veniunt opposita à Soario, & Herize qui obicit: puros omnes homines simul, & pro eodē signo fuisse prædestinatos, falsum tamen est, ac fere bonæ Theologiæ improbabile, si non excipiat Deipara, quam ex prædestinatis per eius filium primogenitum, ut docet Soar. t. 2. l. 3. p. d. 3. sect. 5. vers. finem versu dici potest, fol. mihi 38. col. 1. Quia primaria intentione matris præservatæ redimendæ Christus advenit ex quo pro natura prioris ad reliquos prædestinatam ex Christi meritis fuisse, in eius etiam sententia de electione efficaci, & prædestinatione ad gloriam ante prævisa merita prædestinati, consequens est. Et quidem non omnes simul natura prædestinatos à Deo fuisse inde recte censet Arriabal disput. 80. cap. 2. Quod plurimum conceptio, & existentia absoluta (que abs dubio eorum prædestinationi ut vidimus supponitur) Sanctorum aliorum, ac præsertim, & frequentius Mariæ meritis, ac precibus debeatur: quæ ratione Arriaga supra in opinione, quæ electionem efficacem ad gloriam, nec præsuppositus, nec constitutivæ ad prædestinationem requirit, certum esse docet; licet electione efficaci ad prædestinationem alterutro modo requisita male oppositum censcat. Obicit secundo Herize, ad Christi dignitatem, & decentiam spectare, ut eis primum postis nullius alterius merita ad negotium prædestinationis reliquorum expectentur. Nihil contra conclusionem probat obiectio, cum ex Patribus viderimus, simul, & pro eodem signo motionis voluntatis Divinæ, & Mariæ, & Filij merita ad reliquorum redemptionem concurrere: unde Christi merita nihil posteriorum meritum Virginis expectantur, ad in eorum consortio Deum, ubi primum exire, sed reliquorum prædestinationem moverunt, & vivit uterque aliquid pro posteriori naturæ ex Dei voluntate expectari non ex ipsorum intrinsicæ curitate, dignitati Christi, ac meritum eius infinitati non derogat. Ita enim physica eius mors natura meritis posterior expectata est, ut in nostra redemptione, & prædestinatione premiarentur. Et quamvis è dignitate virginis omnia humanitati Christi collata dona deberentur ad plerique tamen & præcipua conferenda merita Christi posteriori natura expectata à Deo sunt, quia gloriosius eis expectatis conferentur. An non & ipsi gloriosius merita etiam Virginis expectant, ut Mater, cuius honor in filium redundat, corredemptricis, & gratiarum omnium Matris gloria afficeretur obicit Soarius. Ergo Sancti poterunt mereri de congruo prædestinationem, & substantiam incarnationis, maxime Deipara, & alij Christi Progenitores, qui, ut ex ipsis propagaretur sunt promeriti. Negatur consequentia, quæ nec fufiorem solutionem meretur: cum omnium sententia Christi absoluta existentia, ac proinde substantia incarnationis, & prædestinatio omnem omnium prædestinatorum gratiam, ac meritum natura absolute antecessit, à merito vero progenitorum, ut tales esse ex Christi gratia mererentur, ad meritum prædestinationis, & substantiæ incarnationis, & mala consequentia est, & ad rem præsentem impertinens.

Dico secundo: etsi Sancti alij aliis prædestinationem adequatam promoveri absolute possint, ut diximus, nemo tamen alterius prædestinationem adequatam sumptam de facto meruit. Confentio Herize Arriagæ, & magno meo magistro Dazæ. Non tamen priorum rationibus, sed quia nimirum gratia auxilians alteri ad alterius prædestinationem gratiam intrinsecam, primam etiam, promerendam effectus primus prædestinationis est ex intentione, & scientia media salutis consequendæ ab illo alteri donata: cum meritis Christi, & Mariæ mediaticis, corredemptricisq; satis placitus Deus fuerit ad omnium, & singulorum prædestinationem concipiendam, nec oporteat alterius merita expectari, ut omni conducentia ad salutem cuiusque à Deo apponantur & amentur: immo oporteat ad Filij, & Mariæ gloriam singularem non expectari: quod autem Augustinus, & Patres alij dicant Ecclesiam & fidem non habituram in Paulum norasset Stephanus, huius orationem medium determinatur prædestinationis Pauli fuisse probat, sed non est post quem eius prædestinationis effectus ceperint ad auxilium Paulo intrinsecis.



DISPUTATIO IV.

De effectibus prædestinationis.

Conditiones, vt, ea quæ ad gloriam consequendam conducunt, conferuntque, effectus prædestinationis sunt plures ab aliquibus recedentes, atque ab aliis negantur. Vnde inter eos non vna, nec brevis ac plerumque otiosa disputatio instituitur: quibus ablegandis sola definitio prædestinationis satis esset, si attendereetur. Quidquid enim beneficii Dei non conducentis solum, sed coniungendi de facto cum salute æterna cuiusvis ex huius intentione vltra naturæ debitum prædestinatis obvenit ex prædicta, & præparatione beneficiorum Dei, quibus ille certissime liberabitur, ac subinde ex eius prædestinatione procedunt, quare & prædestinationis ipsius effectum esse circa dubium est. Hinc quæstio illa, An, vt prædestinationis effectus Dei gratia, & beneficium nature aliquo modo indebitum, & cum gloria coniungendum sit, ex meritis Christi esse debet ablegata est id enim examen alterius loci est, an huius gratia omnis, modo quovis, supernaturalis non saltem ad gloriam producens de facto, sed absolute conducat meritis Christi debeat? Quod ad contrarium de gratia pertinet directo. Ad præsentem autem, quidquid de eo alteratur, vel negetur si Dei aliquo modo superadditum beneficium alicui collatum, & cum eius gloria coniungendum deprehendatur effectum prædestinationis ipsius ab eodem esse extra dubium est. Quænam vero horum tam in hominibus, quam in Angelis prædestinatis meritis Christi debeantur disput. 3. q. 4. vbi etiam quibus adequatam, seu in adequatam prædestinationem Christus fuerit promeriti statuimus. Ex quo effectus prædestinationis & Angelis, & hominibus, qui ex meritis Christi fuerint qui etiam non fuerint absque alio examine, & disputatione facile à quovis dignoscitur. Quæ igitur præsentis disputationis finis ea omnino sunt. Primum, an naturalia prædestinationem ipsius substantia, & existentia, effectus prædestinationis sit. Secundo de supernaturalibus, bonisq; operibus, & certitudinis aliis. Tertium an gratia, & merita peccatorum prædestinationem interrupta, ut primo etiam collata, & existentia, in prædestinationis effectus debeant, recedentes? an etiam in eis peccatis permissio debeat numerari?



QVÆSTIO I.

An naturalia prædestinati bona effectusque prædestinationis sint.

In naturalibus prædestinati bonis de quibus nunc intrinseca ipsi bona à Deo collata omnis continentur. Ex primo ipsius substantia, & entitativa existentia absoluta, siue eius essentia, & substantia identificata, siue ipsi superaddita ut recentiores Thomistæ Dominicani concordant. parui enim ad rem hanc refert alterutro modo opinari. Secundo substantiæ illius passiones seu affectiones, ut bona indoles genij, & bona inclinatio ad bonum & honestum, quam ad inhonestum, & turpe propensio. Hæc autem nulli animi dotas physice ipsi supra dictas esse volunt. Ego vero similis longe organorum corporis, quibus anima ipsi immersa ad suas vitæ functiones, esse reputo: nusquam enim potentias vitales animo ipsi physice superadditas ab eoque diversitas recognosco, immo cuiusmodi potentias ab animo diversitas physice, & superadditas reputare non admodum segnitè ostendi contrarium de sententia de ipsius potentis. Ceterum alterutra opinio ma, disput. de ipsius potentis. Ceterum alterutra opinio ma, disput. de hac referenda intererit parui, cum in mea sententia de hac referenda intererit parui, cum in mea sententia bona indoles, genijque, & merita, tametsi substantiam hominis prædestinati physice addat, tamen ad naturam

id non ad animi potentias, sed organa, quibus ad suas virtutes functiones, constituitur. Ac tandem extrinseca alia naturalia bona prædestinato continet quæstio.

CERTAMEN I.

Quæstionis Scopus Doctorum sententia, ac nostra circa naturam, & substantiam prædestinati de facto deciso.

1. Si quæstionis titulus attentè inspicatur, facile præsentis quæstionis discipietur Scopus in eumque collinabimus, ac plerique ad eius decisionem media ab aliis Doctoribus: cum ab autoritate, tum à ratione mora quiescent. Non enim quæritur, an naturalia præfata prædestinati effectus prædestinationis absolute sint, sed an sint effectus prædestinationis sua; nempe ipsius prædestinati, non alterius cuiuspiam: quod, ut prædestinationis effectus essent, satis foret: cum alicuius prædestinationis, ac proinde prædestinationis absolute effectus inde præcisè essent, quod obtentioni gloriæ alterius, ob quam prædestinatus alter eis naturalibus à Deo donaretur, inferrent, ut de se possunt. & quæst. 2. ostendimus: etenim filij adeo ultra naturæ facultatem, & exigentiam hie, & nunc parentibus dati (ut Ioannes Baptista Patribus, & etate, & Matris sterilitate infæcundis, & alij orationibus potius quam naturæ debiti effectus) prædestinationis Parentum suorum fuisse certum est: cum inde plurima merita, quibus gratia, & gloria parentibus auferretur, obveniant: eademque ratione de aliis quæst. 1. agitur. Solum ergo de eis naturalibus bonis prædestinato à Deo collatis, & cum eius gloria de facto coniungendis, an prædestinationis ipsius propriæ effectus sint, in præsentiarum disputatur: quidquid de alia quæstione, an sint effectus prædestinationis alterius, seu alienæ, sit dicendum: neque enim ex eisdem principiis utraque quæstio dirimenda est, sed ex diversis valde vnaqueque, ut ex dicendis constabit: vnde etiam clarebit, malè à pluribus affirmativæ sententia in quæstione præsentis Patronis ex eo, quod alienæ prædestinationis naturalia bona prædestinati effectus esse deprehendantur, & propriæ effecta esse deduci: nec melius ab aliis utramque quæstionem in vnam absque ulla distinctione confundi.

2. Soarius noster lib. 3. de prædest. c. 7. docet præfata omnia, & similia naturalia, & effectus prædestinationis prædestinati ipsius esse. Consentit Heriz r. p. d. 30. c. 5. num. 24. pro qua citat etiam Arrubalem r. p. disput. 8. t. c. 3. sed ex huius limitatione, quam statim refert, potuisset ipsum non referre. Petit enim Arrubal ut naturalia præfata effectus prædestinationis sint, ut supra exigentiam, & nexum causarum naturalium à Deo producantur: quod nec Heriz, nec Soarius requirunt, ut constet ex eodem Herize num. 26. ubi de requisito Arrubalem reprehendit. Quocirca, etsi Heriz citato num. 24. in eis omnibus naturalibus ut effectus prædestinationis sint, quod sint aliquo modo supernaturalia requirit, de supernaturalitate extrinseca ab intentione Dei sola finis gloriæ naturæ indebitæ, ex qua (licet ad naturalium causarum virtutem, & exigentiam spectent hie, & nunc ea omnia producantur, & fiant: quod valde diversum est, atque ad supernaturalitatem univèrsam, etiam quoad modum, insufficiens: siquidem naturalitas, vel supernaturalitas univèrsim ex eo, quod naturalium causarum vires, & exigentiam superent, vel non superent, nec excedant, à Conciliis Patribus, & Theologis cunctis delinuntur; non autem ex fine naturali, vel supernaturali arbitrario à Deo in eis edendis sibi præstituto. Patet primo: quia alias, cum rem quamvis ex fine, vel naturali, vel supernaturali posset Deus pro libito producere nihil minus de rei cuiusvis supernaturalitate, vel naturali-

tate posset à nobis cum probabilitate definiti: cum de fine, ex quo à Deo productæ res sint, constare nobis cum fundamento adhuc probabili, nequeat, sique vanæ diuinationis negotium. Secundò: quia nihil contra Pelagianos, ut Semipelagianos à Patribus, & Conciliis esset confectum: cum illi vocationi, & gratiæ internæ ex fine salutis, & gloriæ supernaturalis datam à Deo fuisse non negarint, immò verò supposuerint, vel virtute concesserint; sed solum iuxta naturæ vires, & exigentiam nexumque, & ordinem causarum naturalium hie, & nunc prædestinatis à Deo conferri. Falso etiam citatur pro sua, & Soarii conclusione univèrsali ab Herize præfatus Arrubal: siquidem ea d. 1. substantiam prædestinati prædestinationis suæ effectum esse expresse, & mordicus negat: capite autem illo 3. de bona indole, & aliis secundum substantiam naturalibus, at ultra exigentiam, nexumque, & ordinem causarum prædestinati substantiæ à Deo superadditis solummodo loquitur. Constat tamen univèrsali huic conclusioni, Nazar. 1. parte, quæstione 23. articulo 2. controuersia vn. conclus. 10. & noster etiam Ariaga d. 38. sectione 1. subsect. 1. numero 9.

3. Dicendum primò: substantia ipsa, & entitas prædestinati non est de facto prædestinationis effectus: ita Vasquez noster disput. 93. c. 4. Arrubal citato cap. 2. Albelda d. 72. Machin. d. 48. sect. 2. concl. 1. Falsol. q. 23. art. 2. dub. 5. conclusio hæc de facto probatur ab eius Patronis, atque à Falso vnicè ex duplici principio. Altero, quod adequatè etiam sumpta prædestinatio meritis Christi debeat. Altero, quod Christus, adhuc secundum substantiam, non nisi post peccatum præuulsum, & omnium prædestinandorum substantiam, & absolutam existentiam à Deo decretam, decretus etiam à Deo sit. Primum ferè dogmaticum (quod hominum præsertim prædestinationem) reputo ex dictis controuers. 3. quæstione 5. quoad Angelos vero omnes prædestinatos falsum, si de Protoparentum custodibus loquamur, iuxta inibi dicta: cum eis prima gratiæ dona cum eorum gloria coniungenda promereri Christus non poterit, etsi reliquis Angelis prædestinatis ea etiam de facto verosimilius meruerit. Secundum, quoad totum, verum non est. Siquidem, tamen Christus Dominus non, nisi post Adæ peccatum, & plurimam etiam hominum Originalia, ac subinde eorum omnium existentiam fuerit decretus; non tamen post, sed ante reliquorum hominum absolutam existentiam, ad quorum procreationem gratia ex meritis Christi de facto antecessit, ut vidimus controu. 3. de Incarnat. d. 2. q. 1. cert. 3. num. 3. respectu quorum nihil hoc argumentum præstare potest. Secundò probari solet ex pluribus Augustini locis, quibus contra Pelagianos, & Semipelagianos solum contendit nullam causam. anfulamve dari ex parte prædestinati ad suæ prædestinationis initium, quia non datur ad primam vocationem: ergo quidquid primam vocationem præcedit, gratiam, & effectum prædestinationis non esse supponit, tanquam rem, etiam hereticis ipsis, notam, & innegabilem: cum ante hominis creationem (ex qua inchoanda, iuxta propositam sententiam gratia, & effectus prædestinationis esset) nullum, quantumvis exiguum meritum præcedens posset ab eis ad illum à Deo obtinendam præstare: quibus consone, etsi nos absque meritis vllis creati, ac subinde gratis, admittat, atque rationabiliter creationem gratiam dici posse dicat, epistola 90. & 95. tamen gratiam & effectum prædestinationis esse negat: quia alia inquit est gratia qua prædestinati vocantur in ipsam, & glorificamur, & epistola 105. quibus reliqua, quæ vocationem gratiæ antecedunt, à gratia, effectumque prædestinationis remouet longissimè.

4. Verum Augustini testimonia ea ex parte ponderata parum contra affirmantem sententiam vident, nec amplius neganti nostræ conclusioni fauent. Primò enim Aduersarij dicant (ac nemo potest non fateri) Augustinus omnibus eis locis aliisque mox subiiciendis cum Pelagio eiusque affectis & reliquis Massiliensibus puggabatur qui extrinseca plura gratiæ Dei deputabant, solamque internam gratiam vocationis, vel omnem cum Pelagio, vel primam cum Massiliensibus, ac subinde iustificacionis, & prædestinationis initium nostris viribus, & me-

FFF 2 xista

titis subieciunt: quare, ut ad rem cum ipsis disputa-
ret, atque eorum errorem propelleret de prædestinatio-
ne quatenus à prima gratia internæ vocationis censetur,
loqui solummodo debuit: nam de extrinsecis aliis natu-
ralibus gratiam prædestinationis esse Heretici illi non
negabant, immò vero asserbant, atque inde rationem
gratiæ in internis Dei vocationibus subdole Pelagius
apud Patres fatebatur, gratiam illam naturalem: immò,
& externæ prædicationis intelligens, & admittens. Con-
firmatur: Nam effectum primum prædestinationis non
semper incipere à prima adhuc internæ vocationis gratiæ,
certius, notiusque est, quam ut ab Augustino ignorari
posset, aut negari: immò sæpe prædicationem fidei, &
orationes Sanctorum & similia effectus prædestinatio-
nis, & anteriores internæ vocationis gratiæ frequentissi-
mè docet, ut vidimus controu. 2. de scientia conditiona-
ta independentem à decreto subiectiue absoluto, & obie-
ctiue conditionato, in eius responsionibus ad quæstio-
nes Paganorum: Ergo ideo prædestinationis effectus ad
gratiam internæ vocationis restrinxit, quia de ea solum
lis ipsi cum Pelagianis, & semipelagianis erat, non quia
externas alias gratias atque naturalia reliqua, ac subin-
de substantiam prædestinati absolute relegaret. Con-
firmatur: quia nos ipsi, & reliqui negantis sententiæ
Doctores præfata, & plerique alia similia, in quibus
etiam filios, eorumque conceptionem, & ortum, ac
miraculosa salutis, & vitæ aliquorum orationibus,
atque Sanctorum meritis impetratum inter prædestina-
tionis, saltem alterius, & quandoque propriæ, effectus
recensemus, & certam. 1. probabimus: ergo prædestina-
tionis gratiæ, & effectus non sola gratia internæ voca-
tionis, & intrinsecum supernaturalium bonorum ex
sententia Augustini, & nostra continentur: sed & alia
naturalia, quamvis ad controuersiam suam cum Pelagio,
eiusque alleclis, & reliquiis institutum, reliquas,
præter gratias internas vocationis, iustificationis,
& glorificationis, ab effectibus prædestinationis se
mouerie, tanquam ad eam controuersiam impertinen-
tes.

5. Eisdem tamen illis locis aliunde inspectis nega-
tina nostra conclusio ex sensu, & mente probatur Augu-
stini: ut vero id constet duo in eius sententia explora-
tissima (ex quibus ipse contra Pelagianos, & eius reli-
quias eis locis, & vbis discunt) statuenda sunt. Pri-
mum agere cum semper de gratiis, & effectibus præde-
stinationis cuiusque propriæ, non autem alienæ. Id pa-
ter: quia in eis solum gratiis, & effectibus prædestina-
tionis propriæ, an ex purè naturalibus prædestinati
ipsius, ut minimum inchoarent, præfati heretici aber-
rarunt, non autem ex alienis naturalibus. Cum autem
ad gratiam Dei per Christum admittendam in negotio
nostræ prædestinationis Scripturæ (Pauli præsertim) tes-
timoniis à Patribus cogetur, ad gratiam creationis
cuiusque prædestinati recurrerent, ut diximus: ex eo au-
tem quod de gratiis, & effectibus prædestinationis cui-
que propriæ, non autem alterius, & alienæ Augustinus
ageret, sit planè illud, dum negat creationis, & reliqua iure
creationis debita dona prædestinato absq; ullis eius meri-
tis, ac proinde gratis à Deo collata esse gratiam, & effectum
prædestinationis, non negare esse gratiam, & effectum præ-
destinationis absolute, prout omnem prædestinationem
complectitur, siue propriam prædestinati, siue alienam,
& prædestinati alterius, sed solum prædestinationis pro-
priæ ipsius prædestinati: de eo quippe solum, ac determi-
natè contra Pelagianos ad rem, atque ex instituto ab
Augustino agebatur: vnde, etsi ea ipsa dona secundum
substantiam naturalia effectus prædestinationis alienæ
ab Augustino, & à nobis cum debitis circumstantiis cir-
cumamine 2. assignandis admittantur, nihil doctrinæ Au-
gustini in eis locis, nec præfati nostre ex ipso statu-
endæ inconsequens admittitur, & aduersum: quare quæ
diximus n. 3. Augustinum nos, ac reliquos negatiuæ huius
conclusionis Authores ultra internam vocationis iustifi-
cationis, &c. gratiam, gratias, & effectus alios, & quan-
doque eis anteriores admittere certum est, atque ad pon-
derationem illam locorum Augustini euacuandam effi-
cax, non autem nobis aduersum, ac subiiciendæ pon-
derationi euacuandæ satis: ex eo vero, quod Heretici
illi, ut gratiam per Christum in negotio nostræ præde-

stinationis, & propriæ vniuscuiusque à se admitti dante-
bus obtenderent, ad gratiam creationis, & donorum iure
creationis cuique à Deo inditorum recurrerent, effe-
ctum est, ut Augustinus ex re, & scopo controuersie
cum ipsis habitæ ad ea omnia examinanda ad præ-
dicationem, & effectus prædestinationis, cuique prædestinati
propriæ spectent, atque ferendam de eo sententiam suam
opportune procederet. Secundum in Augustini doctrinâ
& sententiâ exploratissimum, atque in bona Theologia
absolute dogmaticum (si de Protoprophetis non lo-
quamur, omnem hominum prædestinationem metulsi gra-
tiam, & effectum meritis Christi deberi, ac subinde eam
gratiam Christi, & per Christum,

6. His positis testimonia Augustini memorata pro no-
stra conclusione, negant substantiam prædestinati præ-
destinationis eius effectum esse, simiter inducuntur, &
primo illud ex epistola 90. & 95, quod integrum ad rem
præsentem sic habet. *Esti quidam non improbande ra-
tione dicunt gratia Dei, quæ creatis sumus: quia non
præcedentium aliquorum operum meritis cuiusque, sed
gratuita Dei bonitate donata est, alia est tamen gratia,
quæ prædestinati vocantur, iustificamur, & glorificamur:*
ac si dicat, frustra à Pelagianis, & semipelagianis ad
gratiam creationis, eiusque iure dona reliqua prædes-
tinato donata recurritur, ut gratia Dei prædestinati,
tam ipsa creatio, quam reliqua eius iure subsequuntur, &
obuenientia prædestinato, atque prædestinationis effe-
ctus sint, & censentur: gratia quippe, & effectus præ-
destinationis cuiusque alterius ordinis, & linæ, quam
creationis, & iuris nature sunt: eandem subdola eor-
um hæreticorum gratia Dei in prædestinationis vni-
cuiusque negotio necessario intercessit causatorem,
gratiam creationis intelligentiam, impam, & hæretic-
am versutiam his aduersatur August. epist. 90. *Aurum
Deus hanc fallaciam à cordibus nostris, ut naturam
ipsam, quæ homines condidit sumus, dicimus, & gra-
tiam Christi, quæ prædestinati sumus. Postremo autem
verbis, dum gratiam prædestinationis gratiam Christi
absolute dicit, omnem gratiam, & effectum proinde præ-
destinationis ex meritis Christi esse debere allecit, atque
indubitatum Catholicis dogma supponit: ex quo prae-
cipio dogmatico eundem recursum hæreticorum pro gra-
tiam Dei necessitate pro negotio prædestinationis vni-
cuiusque prædestinati ad gratiam creationis eisdem po-
stremis verbis refellit, & tribus eisdem epistolis lapidis
constanter, & expressius iam recitatorum rationem lab-
dens eandem, epist. 90. & 95, his verbis. *Christum non
est mortuus pro nobis, ut homines iustum, sed ut ius-
ti essemus, epist. vero 105, verbis hisce: Christus non pro
nullis, ut homines conderentur, sed pro impiis mortuus est,
ut iustificarentur. Quod ipsum repetit de natura gra-
tia capite 11. & sem. de verbis Domini capite 14. in
quibus ratio hæc Augustini continetur, omnis gratia, &
effectus prædestinationis vniuscuiusque nostri est gratia
Redemptionis, & ex meritis Christi morte consumma-
tis: ac mortuus non est, ut homines conderentur, at-
que essemus: ergo nullus nostri creatio, & absolute
esse, siue substantia prædestinationis suæ gratia, & effe-
ctus est.**

7. Alia ratione ex postremis verbis Augustini ipsam
pro nostra stare conclusionem inferius ostendat: aucto-
ritatem euationem proximæ sententiæ, & argumenti à no-
stro Soario, & alleclis tentatam præstat occupare. Res-
pondet igitur Augustinum loqui de creatione, siue de
productione hominis, eiusque natura, & substantia se-
cundum se solum spectatis: non autem, ut ob faciem su-
pernaturalis gloriæ producat, & in rebus apponatur.
En tamen solutio testimonii, & rationem Augustini ad
conclusionem suam, & nostram de facto non euanescit,
præsertim in ita respondentium doctrina: excusam Soa-
rius, ubi ita respondet, eiusque alleclis reliqui non ex
alio fine sed vni gloria supernaturalis prædestinati, at-
que vni Deo decreto de existentia, & creatione abso-
luta prædestinati ob finem gloriæ positum de facto in
rebus, & creatum absolute prædestinationem de hominibus
que defendunt: atqui Augustini testimonium de decreto
creationis, & appositione absolute in rebus, decreto
proinde, quo conditus, & appositus est, loquuntur: non
de aliis decretis, & finibus, ob quos decretum absolute
condignis

condique, & apponi à Deo posset prædestinatus: ergo eius creatio, & positio absoluta à Deo ex fine gloriæ supernaturalis prædestinati ex meritis Christi, gratiæ subinde, & effectus prædestinationis de facto fuisse negatur, iuxta ipsorum doctrinam, ab Augustino: immò iuxta eorundem doctrinam intentio finis, ex quo homo decretus fuerit præsupponi ad decretum de eius conditione debet atque eodem decreto, quod electio ad eum finem est, amari: quare ut ex fine gloriæ homo absolutè condatur, nequit aliter, quam ex eo fine decreti: tametsi semel ex alio fine conditus, decretusque absolutè homo, possit à Deo ad finem gloriæ ordinari: tunc autem homo ipse, eiusque substantia, & productio ex supernaturalis gloriæ suæ fine non esset: quare, nec iuxta hanc solutionem, prædestinationis gratia, & effectus, Christi meritis debetur. Tertiò: quidquid contra præfatos Hæreticos eis locis Augustinus contendit, cassatum ea solutione est: cum ipsi hominem, eiusque creationem absolutam ex fine supernaturalis gloriæ suæ, & ex meritis Christi fuisse aqua facilitate responderent. Quartò, supernaturalitas necessaria ad effectum, & gratiam prædestinationis ex meritis Christi, sine supernaturalitate non defuitur, sed ex defectu virtutis activæ, & ex activæ naturalium causarum ad illa, iuxta Patres, & Concilia, & entis supernaturalis essentiam, & definitionem ab ipsis explicatam, & à tota Theologia receptam, ut contra Henricum notabamus n. 2. quin, si præstia ad finem supra exigentiam, & activitatem naturæ totius, omniumque causarum naturalium non sint, nec finis supra naturam, ac proinde supernaturalis esse potest. Quintò: cum non minus reprobi, quam prædestinati ex fine gloriæ supernaturalis ipsorum fuerint per hos Autores à Deo absolutè decreti, producti, atque in rebus positi, & illos etiam omnes ex meritis Christi fuisse productos dicendum iuxta hanc solutionem erit: quoniam, etsi nihil contra dogmata Theologica videatur rigore consequentiæ contineri, minus tamen bene auribus sonat ei propositioni apud Theologiam infusis.

8. Postremo Augustini testimonio ex epist. 105. verbis illis, *sed pro impiis solummodo Christus mortuus est, ut iustificarentur* (quæ repeti diximus de natura & gratia c. 1. & serm. de verb. Domini cap. 14. eorum sententia supposita vel æquivalenter asserta c. 14. de bono perseverantiae his verbis, *Si Dei aliter iudicio à perditionis massa non sunt gratia prædestinatione diversi*) aliud est ab eius autoritate pro negativa hac conclusione argumentum. Etenim impij, & perditionis absolutè massa non sunt homines pro statu possibilitatis adhuc præcisi, sed iam vel peccato originali saltem infecti, vel ei proximè obnoxij, atque ad massam perditionis ex Adamo eiusque prævaricatione pertinentes (loquor cum Augustino de puris hominibus reliquis à Deipara qua nullo ex eis modis impia nec ad perditionis massam pertinens, peccatõe originali obnoxia fuit, sed præservatiõe, nedum à peccato, verum ab obnoxietate, & debito eius à filio, & per filium multis retrogradibus redempta) quod absoluta solum propagatione ex Adamo, qua eius propagines, atque ad eius familiam pertinentes, atque peccato, absolutè obnoxij constituuntur, fieri potest: ergo ad prædestinationem adequatè sumptam, & qua prædestinatus ex perditionis massa descendit à reprobis (qui alia massa illius pars sunt) ac subinde gratiam omnem, & effectum prædestinationis, supponitur absoluta eorum ex Adamo propagatio, productio, & existentia, ex sententia Augustini: ergo neque esse prædestinationis ipsius gratia, aut effectus. Dices, posita (ut reuera fuit) cæterorum à Deipara inclusione in pacto Prothoparentum pro posteris, eorum propagatio ex Adamo est originalis peccati ipsorum vltimum complementum, ergo non solum supponuntur homines peccato obnoxij, sed iam etiam peccatores, si eorum propagatio, productio, & absoluta existentia ad initium gratiæ prædestinationis ex meritis Christi est supponenda, ac proinde, & gradatim posterius, & posterius eunt homines per Christi merita prædestinandi. Respondetur primò propagationem ex Adamo, se ipsa, sola, & formaliter sumpta non esse complementum vltimum originalis peccati, sed ut coniuncta cum negatione infusionis gratiæ in pri-

mo illo instanti durationis, qua homo primum exitit, atque ex Adamo propagatus est: si enim tunc simul gratia infundatur, quæ formaliter peccato opponitur, omni mortali etiam originali, etsi ob inclusionem in pacto Prothoparentum, atque ex ipsis propagationem in Adamo peccaverit, & obnoxius originali contrahendo sit, ipsum tamen non contrahet: ut qui Deiparam in pacto inclusam, debitumque originalis contraxisse voluit, illud tamen non incurrisse defendunt, atque ea ratione Theologizantur omnes. Sed tamen eo permisso: quod posterius, & posterius homines per Christum, eiusque merita prædestinentur, nihil absurdi continet, sed veritatem aliam, quam docuimus probavimusque controu. 3. de incarn. disp. 3. de ordine decretorum incarnationis discutientes. Porro à ratione aequè firmiter, immò firmius adhuc probari conclusio hæc de facto potest ex conclusione 2. eiusque probationibus iam subiungendis: quibus vniuersum substantiæ cuius prædestinati negatur posse esse suæ prædestinationis effectum, etenim à potentia ad actum negatiue inuitabilis prorsus consequentia est.

CERTAMEN II.

Nec de possibili substantia prædestinati prædestinationis eius effectus est.

1. Dicendum est secundo. Substantia, & productio prædestinati nequit esse suæ prædestinationis effectus. Habet eisdem Patronos quos dedimus pro conclusione prima, dum enim illam à ratione probant, rationem impossibilitatis hic assertæ, ut non ad formam, & in terminis adducant, & efforment, attingunt tamen. Sed mireris magis, Soarium ipsum contentiosum etiam Patronum habet Prologomemo 3. de gratia ubi veram rationem gratiæ naturæ productioni conuenire non posse contendit: quia, ut Deus bonum velit homini, ut bonum illius est: atque, ut ad rationem gratiæ requiritur, oportet, ut homo iam productus supponatur, quod verissimum est, at ipsius doctrinæ consequens, siquidem per Soarium nil potest esse effectus prædestinationis, quin gratia sit, & supponat substantiam & naturam hominis cui gratia est: atqui substantia, & natura hominis prædestinati eiusque absoluta productio, nec supponit, nec potest supponere substantiam, & naturam prædestinati: ergo neque est, neque esse potest gratia, & effectus prædestinationis ipsius per, & contra Soarium ipsum. Attingit tamen, ut dixi hoc loco, vnde in consequentiæ redarguitur rationem, qua illam posset vitare: Eam rationem satis congruam reddidit Magister meus Didacus Daza ex communi nostro Magistro Patre Vasquez: quia nimirum finis beatitudinis, & gratiæ cuiusvis ad ipsam conducentis, & perducentis prædestinatum comparatur ad hunc ut finis qui ad finem cui: atque, ut forma ad subiectum, non autem uti finis ad medium: at forma omnis supponit naturam suam ac necessario subiectum iam existens: ergo & finis beatitudinis, eiusque intentio, & mediorum ad ipsum de facto consequendum providentia, & prædestinatio supponit prædestinatum, cui gloria intendenda, & de mediis ad illam providendum per prædestinationem est. Argumentum hoc de se se satis congruum & verosimile apparet: tamen aliquid aliud restat addendum ad totam eius efficaciam explicandam; quod nescio an ab eius efformatoribus fuerit indagatum vel omisum: Alitimo autem indagatum non fuisse: quia utique complacentiam Dei erga possibilia pro statu præcisiæ possibilitatis esse posse plane admittit; quo admissio, ratio finis cui, & cuius gratia, siue ex cuius complacentia finis gloriæ quis, & propter quem media à Deo amari, fierique debent, etiam ex ea sui pro statu possibilitatis complacentiæ, & salutis, ac beatitudinis eius amore, fieri, (tametsi antecius ad beatitudinem, mediisque reliqua

ad ipsam) non posse, minimè probat; ac proinde nec medium, seu effectum esse prædestinationis repugnare, ut cum eis Doctoribus hæc conclusio statuit.

2. Ex nostris autem principiis ex eo, quod prædestinatus sit finis *qui*, & subinde, ex cuius complacentia, cum finis *qui* siue eius beatitudo, ac propter ipsam mediâ, quibus ea à prædestinato obtineatur, amentur, eligantur, & prædestinatione prouideantur, debere necessario supponi, ac proinde non posse illam effectum prædestinationis esse facile, ac dilucide probatur. Omnis amor finis *qui*, & subsequens electio mediorum ad illum obtinendum debet necessario esse ex complacentia in fine *cui*, siue persona, cuius gratia, cum finis ipsi amatur, tum mediâ ad illum ipsi obtinendum prouidentur: atqui omnis complacentia in fine *cui* siue persona, cuius gratia ipsi finis amatur, & mediâ ad illum obtinendum prouidentur, absolutam productionem, & existentiam finis *cui*, & personæ necessario supponit: ergo omnis amor finis *qui*, & mediorum ad illum obtinendum, eorumque prouidentia supponit necessario absolutam productionem, & existentiam finis *cui*, siue persone, cuius gratia, & finis *qui* & mediâ ad ipsum consequendum amantur, & prouidentur; ergo absoluta productio, & existentia finis *cui*, seu personæ, cuius gratia, & finis, & mediâ amantur, & ad illum obtinendum prouidentur, amoris, & prouidentia horum nequit esse effectus. Postrema hæc consequentia est cuiusdam; nihil enim potest esse principium productionum eius, quod natura & essentia sua absolute productum, & existens supponit; ni plura contradictoria contra mutam causalitatem causarum, quæ, ut caulent absolutam existentiam supponunt, a nobis, cum in physicis, controuersia de causis, tum in hoc, & reliquis Theologicis tomis notata admittantur. Pergo: atqui omnis prædestinatus est finis *cui*, seu persona, cuius gratia finis *qui* beatitudinis suæ, & mediâ ad illum amantur atque prædestinatione prouidentur, ergo nequit esse amoris finis, & mediorum, atque prouidentia illorum, siue prædestinationis effectus: concludit euidenter discursus, si primi syllogismi minor firma consistat, quam se proba. Nulla complacentia esse in aliquo potest, pro statu solius possibilitatis prædictæ cognitæ, & considerato, sed solum in posituæ existentia, atqui respectu finis *cui*, seu cuius gratia finis *qui* & mediâ amantur, ac prouidentur, est complacentia aliqua: ergo supponit eius finis *cui*, & personæ, cuius gratia, non solum possibilitatem prædictam, sed posituam eius absolutam existentiam & productionem. Concludit etiam syllogismus, si maior sit firma; probata vero à nobis, & ab oppositionibus vindicata fuit ex contrâ. 4. de voluntate disp. de affectibus Dei erga creaturas, & summarie controu. 6. de prouidentia. Quod si ex quo fine alio, quam suæ beatitudinis productus prædestinatus, & existens absolute ad sui prædestinationem supponatur inquiras. Dico, si de fine determinato speciali roges, rem puræ diuinationis inquirere te; cum plures esse possint, nec sit de aliquo reuelatio, neque apud Patres aliquod indicium infinitum, communi locutioni, quod ad finem gloriæ conditi à Deo finis satisfeci citata controu. 6.

3. Iam fundamentis contrariæ sententiæ occurrere pronum ex dictis pro nostra sententiâ est, dicunt primo; substantia prædestinati ita ad obtinendam ab ipso de facto gloriâ conducit, ut siue ea nequeat ab ipso gloriâ obtineri, ut de se claret: idque à Deo non ignoratur, cum prædestinatum producit: sed reliqua mediâ, quæ ita, atque ex scientia gloriæ per ipsa de facto obtinendæ ex eo præcise, quod ita, & ex ea scientia à Deo apponantur, sunt effectus, & gratia prædestinationis: ergo & substantia prædestinati, gratia, & effectus prædestinationis suæ erunt. Distingue iuxta dicta primam partem maioris: substantia prædestinati est aliquid necessarium ad obtinendam ab ipso gloriâ, ut medium nego, ut subiectum, & finis *cui* ipsa intenditur, & ad quam mediâ à Deo præparantur, concedo: inde autem, ut vidimus, potius inferitur eius substantiam à prædestinatione non poni, sed supponi. Quod autem dicitur Deum non ignorare substantiam illam cum gloriâ coniungendam, imò id scire, cum prædestinandum producit, materialiter, & comitanter identice, admittendum est: formaliter verò, & directiue ad prædestinati productionem, est falsum, & negandum; cum enim

non ex intentione gloriæ suæ, sed ex alio fine homo productus primo, & absolute existens prædestinationi suæ natura præcedat, ex ea scientia de ipsius conuersione cum gloriâ suâ (quæ, ne intenditur quidem pro signo illi, neque intendi ipsi ut diximus pro illo potest) nequit ipsa absoluta productio, & existentia à Deo decerni ac præcedere, etsi ea scientia omniscio Deo adsit ad eas à Deo decernendas impertinenter prorsus se habet, secus ad mediâ infallibiliter coniungenda cum salute & gloriâ prædestinati ex subsecuta ad eius productionem intentione, ut prædestinationem apponenda, quæ nisi ex scientia mediâ cuiusque directione disponi, apponere prædestinationem non possunt, ut d. 2. demonstrauimus.

4. Dices, mors opportuna, & quandoque immatura, & primum absolutum non esse prædestinati, lux est prædestinationis effectus, ut constat ex illo sapienter. *Repro est ne malitia mutaret intellectum eius, &c.* Ex uariatione de electis omnibus propè finale iudicium videtur dicitur Matth. 24. *Sed propter electos breuiabuntur dies illi, & persecutionis Antichristi, ut mundus hic, atque eorum vita subinde finiatur, ne persecutioni succumbant, & periret: ergo & eius absolutum primum esse, & substantiam primum existens, & producta prædestinati prædestinationis effectus esse, esse uero saltem absolute potest.* Contrarium quippe eadem (ut vulgo dicitur) esse ratio debet. Confirmatur: quia plurimum peccatorum conuersio, quæ uisus eos tandem de antea perditâ uitâ sua penitentia, & finali penitentia saluamus, effectus prædestinationis ipsorum procul dubio est: ergo & eorum prima absoluta productio, & existentia. Probatur consequentia: liquidum & substantia prædestinati conseruata eadem est, quæ primo producta & productio, quæ sequenti duratione producit, vel eadem est cum prima ipsius productione, vel ipsi omnino similis, & aqualis. Antecedenti utroque alio modo negatur consequentia utraque; quia tam non quam uice conseruatio accidentarium quid est primo producta substantiæ prædestinati, quam realiter utraque essentia sua supponit, & quæ ut subiectum, & finis cui prædestinationem necessario supponitur, ut vidimus; secus autem mors, aut conseruatio.

5. Opponitur S. Th. 1. p. q. 13. art. 8. dicens conceptionem Iacob precibus Isaac Patris à Deo obtinere prædestinationis ipsius Iacob effectum fuisse: ea uero sit substantiæ Iacob prima existentia, & productio. Cuius S. Thom. nullatenus eo articulo docet, quod opponitur, quæ autem aduersariis ita absonare potuerunt argumentis: *sed contra* eius articuli, ubi nihil S. Thom. affirmat, sed solum dubiam reddit questionem, quam uisus in reliquis argumentis, *sed contra* solet, & neque de hac questione agit sed de illa, an prædestinatio alius prædicti Sanctorum possit iuari: neque de conceptione Iacob sed de natiuitate, quæ ad hoc deservit, ut possit esse presentem ab originali mundari. Directe autem questionem respondens tandem, solum concludit, Isaac conceptionem aliquo modo ad effectum prædestinationis Iacob iuuare: quia ni conceptus natusque fuisset prædestinatio non esset impleta, quod uerissimum est: quia neque esset prædestinatus, neque ullus prædestinationis eius effectus, non tamen, quia conceptio ipsa effectus esset prædestinationis illius, sed quia eius productio, & existentia ad prædestinationem Iacobi, ac subinde omnes prædestinationis eius effectus necessario supponenda non esset, ac proinde quæ ipsam impetrarunt, Isaac preces prædestinationem inuenerunt, etsi ipsa prædestinationis Iacobi effectus minimè fuerit. Reliqua quæ Soarius, & allecta contra prædictas conclusiones à paritate, & exemplis opponant, eo consequentiæ vitio laborant quod notabamus in 1. ex eo enim, quod prima unius productio effectus prædestinationis alterius fuerit de facto, esse possit, & propterea prædestinationis esse de facto, vel saltem esse posse, non concludunt, ut ex ratione nostræ conclusionis claret.

CERTAMEN III.

De reliquis naturalibus quoad substantiam bonis prædestinati variis conclusionibus deciditur.

1. Nil naturale, vel substantiæ prædestinati identitatem, vel pro naturæ priori præsuppositum effectus prædestinationis eius esse potest, siue ea, quoad modum etiam naturalia, siue supernaturalia quoad modum, & quantumvis miraculosa sint. Conclusio hæc ex conclusionibus duabus præmissis evidenter deducitur hoc argumento: omnis effectus prædestinationis cuiusvis prædestinati essentia sua posterior naturæ est prædestinatione ipsius, ac subinde eo omni, quod ad ipsam necessitatem præsupponitur: atqui ad cuiusvis prædestinationem necessario eius substantiam præsupponitur: ergo omnis effectus prædestinationis cuiusvis posterior est naturæ, quam substantiæ prædestinati. Tum sic, nil, quod substantiæ, & naturæ prædestinati identitatem, ipsamve præcedit, siue naturale illud prorsus, siue supernaturalis sit, potest esse eius substantiæ, & naturæ posterioris ut patet: ergo nec effectus prædestinationis prædestinati. Hinc inferitur primo in nostrâ, & aliorum verosimiliori longè sententia potentias animæ, cuius sunt, realiter identificantem effectus prædestinationis esse non posse: inferitur corporis, & organorum eius temperamentum, quod, ut diximus bonam hominis indolem, ingenium, & ingenium compler, & constituit, siue iuxta, siue ultra exigentiam & adiuventum causarum naturalium à Deo productum pro naturæ priori ad animæ infusionem fuerit, effectum prædestinationis hominis per illam constitutum esse minime posse, & alia plura de extrinsecis hominis absolutam productionem substantiam, quovis modo, & gradu antecedentibus, similiter æqua certitudine inferuntur, quæ proinde sigillatim referre prolixum esset, ac otiosum.

2. Dico secundo: Quæcumque naturalia omnino siue prædestinato intrinsecus adiuncta siue extrinsecus, iuxta causarum naturalium puram auctiuitatem, exigentiam, & dispositionem debitam effectus prædestinationis prædestinati ipsius esse non possunt: est ferè dogmatica conclusio. Probatur: omnis effectus prædestinationis debet esse, aliquo modo saltem, supernaturalis: sed quæcumque iuxta puram auctiuitatem exigentiam, & dispositionem debitam causarum naturalium, & sunt, & fiunt, nullo modo sunt supernaturalia: ergo quæcumque ita fiunt & sunt effectus prædestinationis esse non possunt: Consecutio est legitima. Maior dogmatica, minor mihi etiam dogmatica ex Conciliis, & Patribus contra Pelagium, & affectus agentibus: quos quia naturæ puræ auctiuitate, & naturali causarum, absque alicuius ultra creationis, & naturalis dispositionis iura, interuentu, opera prædestinationi præcedebant hæresis damnauit. Dixi mihi dogmaticam, ne modum supernaturalitatis inefficacibus, iuxta puram exigentiam auctiuitatem, & dispositionem naturalem ex fine supernaturali à Deo in alicuius rei secundum substantiam naturali productione intento à Soario, & Herize, & aliis ad inuentum absolute grati censura fugilem, tamen cum efficaciter reietem certam. 1. num. 2. ex entis naturalis, & supernaturalis definitionibus tota Theologia, ex Patribus Conciliisque receptis, atque ex euacuatione omnium, quibus Patres, & Concilia præfatos Hæreticos vrbabant, & damnabant. Hinc inferes animæ potentias, etiam ab ea realiter diuersas, & superadditas, ut ordinaria prouidentia producentem effectus prædestinationis esse non posse: idemque de bona indole ingenio, & maiori perfectione temperamenti, (quo hæc constituuntur) naturali rerum cursu adquisita à nobis, & sic de pluribus aliis.

3. Dicendum tertio: naturalia, quoad substantiam, omnia, quæ absolutam prædestinati existentiam, & substantiam supponunt ac de facto gloriæ consecutioni sub-

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II,

seruiunt, siue intrinsecus ipsi inherentia siue extrinsecus adiuncta, dummodo præter naturalem causarum, rerumque auctiuitatem exigentiam, & dispositionem (causis etiam naturalibus ad illa inadæquate concurrentibus) à Deo sunt, & fiunt, effectus prædestinationis prædestinati illius, sunt in hac concl. Theologi omnes, illi & etiam, qui super præmissis decertant, amice conueniunt; Soarius videlicet cum suis, Vafq. cum affectis, & Herize; tamen hic cum Soaristis plus nimium doceat, ut vidimus proxime, scilicet ex supernaturalitate finis, ob quem à Deo producantur quæcumque cum gloria prædestinati infallibiliter coniunguntur, satis habere modi supernaturalis, ut effectus prædestinationis sint, & gratia subinde per Christum licet ex naturali rerum, & causarum naturalium cursu, & dispositione proueniant. Quo super aliam Soaristarum inconsequentiam alibi prosequendam noto. Negant enim operi bono morali vitæ æternæ meritum omne, quantumvis, intra congruitatem adhuc minuculum: cum tamen iuxta hanc doctrinam, etsi naturali rerum cursu proueniant, tam bona moralia opera, quam cogitationes, quibus ad ea impellimur, ex fine gloriæ prædestinati meritis ipsis consequenda satis modi supernaturalis per ipsos habeant, ut effectus prædestinationis, & gratia subinde per Christum sint, atque habeantur. His tamen alio, ut diximus, probatur nostra communis conclusio: quia ea quæcumque ultra naturalem, & debitum cursum, & dispositionem, hic, & nunc, rerum & causarum naturalium prædestinato siue intrinsecus siue extrinsecus certo coniungenda cum eius salutē intenta à Deo disponuntur adiungunturque etsi naturalia quoad substantiam sunt, ast hic & nunc non sunt prædestinato ipsi, neque vniuersæ totique rerum naturæ absolute debita sed indebita ac subinde hic & nunc siue quoadmodum ultra ius naturæ totius & supernaturaliter à Deo collata & prædestinato à Deo collata & ad gloriam intentam non solum possibilibus sed de facto infallibiliter consequendam conductentia, ergo & effectus prædestinationis sunt, & gratia per Christum nec ex debito creationis prædestinati & naturæ totius ut ex dictis patet.

4. Hinc claret, potentias animæ prædestinati, si ab illa iuxta minas nobis probatam, & verisimilem sententiam, animo inditas, & superadditas admittantur, ultra exigentiam & auctiuitatem animi inditas perfectiores effectum prædestinationis esse posse. Claret secundo melius nativum corporis, & organorum temperamentum quo, & melius ingenium genium, & indoles constituitur, ultra hic, & nunc debitum causis, & dispositionibus naturalibus supernaturaliter post hominis constitutionem, & productionem effectum prædestinationis esse posse: de factoque (ut in S. Isidoro Episcopo Alberto Magno, & aliis per historias fide dignas didicimus) in pluribus fuisse. Claret tertio Sanctorum aliorum preces, & orationes, ut prædestinatus alius non laboretur, vel lapsus converteretur, ac respiceret, prædestinationis illius effectum esse posse, ac multoties de facto esse. Item natalium locum, ubi in fide, & bonæ educationis Magistros, & opportunitatis per quas in bonis moribus quis instrueretur, aditus casualis ad viam, ubi quis vel repente moritur, vel violenter occiditur, vel alterius pompa ducitur funeralis, vel ad templum, ubi eloquens, feruensque verbi Dei concionator prædicat, quorum, vel omnium vel singulorum occasione prædestinatus convertitur, effectum prædestinationis absolute esse posse: item præmaturam iusti mortem, & vitam prædestinati alterius, quovisque convertatur ac denum plura eiusmodi alia, quæ absque prolixitate non recenserentur, atque innumera alia præ sui multitudine à nobis ignota, Deo autem in prædestinationis nostræ negotio ultra rerum naturalium cursum vnicuique prædestinatorum singulatim inspecta, procurata, atque prouisa. O ingrata concordia nostræ obliuionem! ô paterna amplius, Dei nostri de salute nostra oculatissimam, vigilantissimam, atque ut sic dicam insomnem curam!

CERTAMEN IV.

De victoria tentationum.

I. Circa tentationum victoriam cum gratia entitativè supernaturalis auxilij intercedit, ne illi succumbamus, effectum prædestinationis esse dubium adhuc Hæreticis non est. Cum autem sola naturali entitativè vocatione à lapsu detinemur, & opinandi diversitas: quia triplici ex capite, seu principio entitativè naturali teneri possumus, ne labamur. Primo per naturalem cogitationem: qua, vel ad opus bonum cum peccato impossibile de facto diuertitur, vel ob naturalem peccati dissonantiam, & rationis naturalis dictamini dissonantiam, & monstruositatis eius horrorem, ab eo patiendo auertimur: atque ex hoc capite, qui, ut plurimum, forisant, atque opus quodvis moraliter solum bonum gratia Christi, ac similiter victoriam tentationis, (dummodo omnium, vel valde plurium non sit) non egere censent, victoriam tentationis vnius vel alterius effectum prædestinationis, & gratiam per Christum esse consequenter negant. Secundo vinci tentatio potest ex diuisione ad indifferens opus naturale (in opinione valde probabili eiusmodi indifferentia opera admittente) cum actione peccaminosa, ad quam tentatione impellimur, impossibile: cum autem ad opus indifferens gratia per Christum necessaria non sit, ea tentationis victoria non videtur esse prædestinationis effectus: ita cum aliis recentioribus olim Theologizabamur. Tertio ex vitio affectus, aut opere impossibili cum peccato, ad quod tentamur, potest tentatio superari: peccatum autem nullum, quare neque illud, quo ab alio diuertimur, Dei gratia per Christum eget: imò neque à Deo esse vllatenus potest, sed solum à nobis: quare eiusmodi victoriam tentationis effectum prædestinationis esse nullum, quem videmus in terminis asseruit: imò, qui vniuersim victoriam tentationis generatim, & absq; modorum horum quibus obtinetur, discrimine notato gratia Christi, & effectibus prædestinationis adscribit, inde fortiter ab aliis impugnatur.

2. Dicendum tamen est primo: victoriā tentationis quāvis, quovisque modo ex dictis obtentam, ex gratia Christi esse debere, ac subinde prædestinationis effectum. Et quidē, si primo modo honestis moraliter operibus cum peccato, ad quod inducebamur impossibilitibus, aut cogitatione dissonantiæ peccati ad rationalem naturam probari facile posset ex sæpe iam insinuat, atque ex instituto docendis contr. de grat. auxiliante per Christum, ubi nullum morale opus honestum fieri, nullamq; tentationem vinci absque gratia Dei per Christum posse ostendimus, ubiq; cogitationes illas, ex quib. honestè operamur, atq; à peccato ob eius dissonantiam dictamini rationis recto auertimur, tamen si entitativè, & quoad substantiam naturales supernaturales esse, quoad modum, insinuat nuper n. 3. & 4. explicatius, minui usq; trademus. Probatur autem vniuersim conclusio de tēatione quouis ex dictis modis superata, qua absolute superata. Primo ex oratione Dominica, qua Deum, ne nos inducat in tentationem, oramus: cum autē orationes Christianæ non nisi gratia per Christum, & ad vitam æternam conducentes, esse possint, sit victoriā tēationis, quam ex Christi institutione Deum oremus gratia Dei per Christum, & effectibus prædestinationis adnumerari debere. Rationem Theologicam dederunt nobis Patres, omnes eius orationis periphrasim eius loci consensu adhibentes, ne nos tentationi cedere permittas: quod ad victoriā tentationis præcisè à Deo sit subtractione efficacis cogitationis prauæ, cui de facto succumberemus nisi à Deo eiusq; providentia subtraheretur, & cui cogitatio ad opus indifferens, quo à peccato diuertimur minime præualeret: subtractio autē cogitationis illius efficacis prauæ externæ protectionis gratia Dei, & per Christum est: tamen si cogitatio purè naturalis ad indifferens opus gratia Dei per Christum non sit, nisi vltra naturalem cultum, & dispositionem causarum naturalium, (ut fieri potest ad motionem prauæ cogitationis

nis imminuendam, ut efficaciam non peringat, à Deo provideatur) tunc enim, etsi internæ vocationis gratia non sit, ad externæ protectionis gratiam explicatam subtractione efficacis cogitationis prauæ, quæ cogitatione operis indifferens inefficax redditur, procul dubio spectabit. Hæc ipsa ratio in tertio modo vincendi tentationem ad vnum per peccatum aliud suum locum habet, qua præcisè tentationis ad peccatum vitatum vitatur est, ut dixi: facta vero comparatione admissi, quo vitatur vitatur, impossibile cum admissio, absolute vitatur tentationis non est: tentatio enim est bicornis, cuius vno tentatus vincitur absolute, ac proinde victor, absolute non est: præsertim, si aequalia admissi, & omisum sint: quare sub præfixam conclusionem non venit, quæ de victoria absolute tali est, nec de rationem; sed quid si admissum veniale sit, vel mortale etiam leuius, quam præ eius impossibilitatem omisum?

3. Dicendum censeo secundo: gratia Dei, & per Christum subtractione cogitationis prauæ efficacis ad vitatum peccatum intercedit, ac subinde ea qualis quæ victoria, etsi non absoluta, aut tentationis gratior, et effectus prædestinationis ita vincens prædestinationis sua probatione probat ratio instructa pro 4. conclusionem, ut patet: duæ verò conclusiones præfixe impugnantur: sunt argumento, quo primam à nonnullis impugnari. Ajunt enim victoriā tentationum, qua talem præcisè ad vitam æternam non conducere; qua talis enim nullum vite æternæ premium meretur, nisi actu alius æternior vincatur, quod in duobus saltem modis potest: vincendo tentationem locum non habet, ut patet. Quod dicat peccata saltem esse impedimenta vite æternæ consequendæ, & quo gratiora fuerint, esse impedimenta maiora, atque eatenus ad illam conducere, vni impediementi cuiusvis amotio ad finis intenti effectum conducit: ut id de mortalibus, & eorum victoriis verum sit, aut de venialibus non item: cum gratia, iungit ad gloriam venialiter peccantis minime adferuntur, siue gratiora, siue leuiora venialia sint. Ceterum cum victoriā victoriā tentationum præcisè tantum nos est Christi institutione Deum precari, à quo nihil non ad vitam æternam aliquatiter conducentis petere ex honestate, & virtute possumus, non possum non intentionis victoriā qua tali, & præcisè, conducentiam aliquam ad vitam æternam consequutionem agnoscere, & in victoriā tentationis ad mortale, quo gratia, iungit ad gloriam extinguuntur conducentiam ad illam, ne obiectiones quidem, aut negare. Inde verò neq; in victoriā venialium negare possumus: cum hæc de merito congruo gratia efficacis ad tentationes vincendas, ac subinde ad mortalia disponantur, que insuper se ipsis gloriæ consecutionem, quovisq; duntaxat, & debito pœnali ad ipsa incuso ad aliam, ut mortalia tentantur, omnemque æqualitatem rigidam famulatur, ea fide Catholica impediunt.



QVÆSTIO II.

An supernaturalia dona omnia, etiam iustificatio, & merita prædestinationis peccato intrinseca, et primo collata sint prædestinationis effectus.

R. Supernaturalia, quæ à solo Deo effectivè sunt, & directè ad prædestinationem spectant (etiam si supernaturalibus, de quibus nulla est questio omnis) supernaturalibus, de quibus nulla est questio omnis) redegit Paulus ad vocationem, iustificacionem, & gloriam, ad Rom. 8. verb. illis, quos prædestinavit, & vocavit: quos vocavit, hos & iustificavit: quos iustificavit, illos glorificavit. Quibus, & habitis supernaturalibus fidei, &c. ad iustificacionem præciosos suppetuit, non exclusit. Scio glorificationem à Hieronymo, & Gregorio